



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 15. Hamburgensium Protestantium intolerantia erga Catholicos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

„Iustis ac Rev. Dominus Judex eidem Sæc. XVIII.
„appellationi detulit, & terminum tri- A. C. 1741.
„ginta dierum spatium assignavit, inhi-
„bitionemque contra eos emanatam in
„robore conservavit &c. &c.

(L. S.)

Ex Actis extractum

JOANNES THADEUS KIEDROWSKY,
Can. Cam. & Consist. Cam. Not.
Actuarius.

§. XV.

*Hamburgensium Protestantium intol-
erantia, erga Catholicos.*

Nil equidem ardentius frequentius-
que Protestantes in aures Catholi-
corum inclamant, quam tolerantiam;
hanc quoque non modo in rebus Politi-
cis, sed vel maxime in sectæ suæ usu
sibi ubique exhiberi postulant, cum ta-
men Catholicos a jure civitatis aliisque
dignitatibus, officiis & prærogativis,
quas tamen infimæ sortis hominibus
suæ sectæ addictis indulgent, in suis
terræ excludunt, & ne quidem pri-
vatum orthodoxæ Religionis usum ip-
sis Nobilibus permittunt. Tam inhu-
manæ intolerantiæ specimen hoc an-
no dedere Hamburgenses: hucusque
enim

C c 5

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

enim Cæsaris Legatus juxta antiquam
& ex jure gentium Principum Legati
asseratam consuetudinem Hamburgi Pa-
latium habuit, in cujus sacello tam pro
ipso quam ejus domesticis Sacra
Catholico peragebantur: Quamprimum
vero Caroli VI. obitus innotuerat, mor-
die undecima Novembris Senatus
etum Palatium sibi rursus vendicavit
simulque misso Scheeleo Secretario
duobus Notariis tam Legati Capellani
ejusque Consuli Lempano, quam assisten-
tibus & famulis inhibuit, ne ullum Co-
tholicæ Religionis actum deinceps in
præfata domo exercere præsumerent
ne vero clam privatimque rebus Divi-
nis vacandi opportunitas reliqua esse
Senatus insuper jussit, ut vasa sacra
vestes, altare, ejusque ornamenta
minima quæque ad Dei cultum specta-
tia sine omni mora inde auferrentur.
qui hæcenus hanc domum incoluissent
confestim ad alias ædes transmigrarent.
Hujus decreti prætextus erat, quod
hanc domum ab omni periculo & rui-
sartam servare oporteret. Sequenti
tur die præfatus Secretarius unacum
Notario Nicolao Krohn & Christiano
Gude Domus possessionem cepit, & per
Joannem Andream Brabe æditum Pe-
tribus Kempe, Möhleno & Eimigio Co-
tholicis Sacerdotibus inhibuit, ne deinceps

ceps ullum Divini cultus actum exerce-
 rent, sed convasatis omnibus domo ex-
 irent; postea idem Secretarius claves
 ad Sacellum repetiit, & quatuor Viros
 assignavit, quibus injunctum, ne ulli
 extero aditum permitterent, sique hi
 Patres forte de reculis suis adhuc quic-
 quam e Sacello extrahere vellent, non
 plures quam duo januis mox sigillo
 obserandis admitterentur. Hujus facti
 indignitas eo intimius Thomam Jose-
 phum Baronem de Kurtzrock Hunga-
 riæ Regiæ Legatum offendit, quo mi-
 nus expectatum esset tale attentatum;
 Senatus enim eadem die, qua dolorem
 suum ob perceptam Imperatoris mor-
 tem, necnon singularem suam erga Au-
 striacam Domum submissionem solemnem
 deputatione, verbisque amplissimis con-
 testatus erat, paucis post horis hanc in-
 juriam eidem Archiducissæ, ejusque
 Augustissimæ Domui intulit, dum om-
 nia cubicula, & januas, aperiri, cuncta
 solerter perlustrari, Magistratus sigillo
 muniri, & nequidem relicto alias ædes
 locandi spatio, domesticos exire, do-
 mumque quatuor militibus & uno Cen-
 turione custodiri jussit. Hanc inhumani-
 tatem Legatus Senatui exprobrabat
 missis die decima quarta Novembris ad-
 eum literis, in quibus præcipue quere-
 batur, quod, quamvis Religionis Catho-
 tho-

Sæc. XVIII.

A. C. 1741.

MUSEUM P. 1741

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

tholicæ exercitium solemnissime pro-
missum fuisset, & in hac domo Cæsa-
reum Archivum asservaretur, nihilomi-
nus Senatus Sacerdotibus cuncta De-
vini cultus exercitia non modo inter-
dixit, sed etiam ea privatim peragendi
facultatem ademerit. Eapropter Le-
gatus petiit, ut Senatus, nisi futurum
imperatoris indignationem sibi accere-
re velit, omnia in pristinum statum re-
duceret. Verum Senatus has querelas
floci habuit, ac die quinta Decembris
Legato respondit, de Archivo ibidem
asservato sibi non constare, Senatum
vero religionis Catholicæ exercitium
duntaxat ex tenore pacis Westphalici
in Legato, ac propriis ejusdem Domus
sacellanis tolerasse, ejus vero Sacellanis
etiam absente Legato, jura parochia-
lia passim erga omnes Catholicos exer-
cuisse & publicum religionis exer-
citiū invehere molitos fuisse &c. Pre-
terea Senatus typis edidit scriptum, cu-
jus titulus: *Vera relatio de civitate
olim a Cæsarea Legatione inhabitata,
post gloriosissimi Imperatoris Caroli
mortem a Senatu vindicata.* In hac re-
latione exponitur, quod quidem post
prædationem Domus, in qua Comes
de Metsch Cæsareus Legatus habitabat,
Senatus dirutas has ædes recens re-
ficari

ficare, & a civico nexu liberare jussus Sæc. XVIII.
 fuerit, facta autem compositione Senatus A. C. 1741.
 hanc domum emerit, & pro Legatione Cæsarea aliam Domum & Sacellum salvo tamen nexu civico assignarit; nunc ergo extincto Domus Austriacæ masculino stemmate Senatus has ædes rursus sibi vendicandi jus habeat &c. Verum quæcunque demum verosimilia Hamburgenses ad excusandum hoc facinus excogitabant, nunquam tamen debitæ reverentiæ defectum, fidei odium, & intolerantiæ vitium satis a se amovere poterant.

§. XVI.

*Protestantium postulata in Hungaria
 circa sectæ suæ exercitium.*

Postquam Maria Theresia Hungariæ Regina ab omnibus Regni Provinciis pro legitima hærede ac Regina fuerat agnita, a Regni Proceribus ad decimam quartam Maji diem hujus anni comitia indicebantur, in quibus pro veteri more Pofonii Regum electio & postmodum coronatio fieri consueverat. Præstituta ergo die, absente Primate & Palatino Joannes Comes de Palfy utpote Judex Curiae, necnon Colossensis Archiepiscopus in Cathedrali ad S. Martinum convenerant, ubi re Divina solemniter